




Sub Com- Iovi optimo Maximo. Ala Augusta ob virtutem appellata, cui praest Publius Aelius, Publii filius Sergia Magnus modo, Anno Christi 193. de Mursa ex Pannonia inferiore Praefectus. Aproniano (& fortasse) Bradua Consulibus.



Tertia Ara Deo Topico Belatucadro inscripta sic legenda;

Belatucadro Iulius Civilis Optio, id est, Excubiis Praefectus, votum solvit libens merito.

In quarta Ara, quae pulcherrima, nihil subest difficultatis, & sic se habet;

Dis, Deabusque Publius Posthumius Acilianus Praefectus Cohortis primae Delmatarum.

Huiusmodi aras (nec notasse veteres ritus pigeat quos jam olim sacratissima Christi religio profligavit) uti & victimas, atque seiplos frondibus coronare solebant, ad eas thure & vino supplicare, hostias immolare, ipsasque aras inungere. De quarum demolitione, invalescente Christi religione, Prudentius:

Exercere manum non paenitet, & lapis illic Si stetit antiquus, quem cingere suserat error Fasciolis, aut gallinae pulmone rigare, Frangitur ---

Lapis hic etiam cernitur affabre exculptus in quo duo Genii alati sustinent corollam, ut hic exhibetur.



Id est, Victoria Augustorum Dominorum nostrorum.

Cum paulisper littus hinc recta perrexerit, sinuato & incurvato aestuario ita reflectitur, ut videatur esse MORICAMBE illud, quod apud Ptolemaeum hoc in loco statuitur. Ita loci ingenium, & nomen quadrant, Aestuarium enim est incurvum, & Moricambe mare incurvum Britanice significat. Ad hoc Caenobium de Ulmo, vulgo Holme Cultrain posuit David Primus Rex Scotorum, & Caenobiarchae Vulsbey progugnaculum vicinum in gazophylacium, & librorum diplomatumque receptaculum contra repentinis Scotorum incursiones excitarunt, in quo occulta opera Michaelis Scoti cum blattis rixari ajunt, qui religiosam vitam hic professus & Mathematicis studiis artibusque abstrusis ita immerfus cir-

Moricambe.

Holme. Cultrain.

Michael Scotus.

Has etiam subjectas inscriptiones ibi vidimus:

PRO SA----- ANTONINI AV-PII F--- P. AVLVS *P.F. PALATINA POSTHVMIVS ACILIANVS PRAEF. COH. I. DELMATAR.

*Publii Filius.

*D. M IN GENVI. AN. X. IVL. SIMPLEX PATER *F C. D M MORI REGIS FILII S HEREDES EIVS VBSTITVE RVNT VIX. A. LXX.

*Diis manibus.

*Faciendum curavit.

HIC EXSEGERE FATA D M D M -ENVS SC GERMA- LVCA. VIX IVLIA MARTIN -S REG VIX. AN-- ANN A, VIX. AN S VIX AN---- IS XX. XII III D. XXH. ----- IX -----

ca annum CIO CCXC, ut Necromantici opinionem apud vulgus consequutus admiranda confecisse vana credulitate perhibetur. Sub hoc monasterium illi aestuario illabitur VVader amniculus, qui recipit fluviolum VViza, ad cujus scaturiginem miserae antiquae urbis reliquiae nihil extra humanitatis aleam in terris esse docent. Old Carlile haec a vicinis hodie nominatur, quo nomine olim innotuit me latet, nisi CASTRA EXPLORATORVM fuerit. Distantia apud Antoninum, qui non compendia viarum sectatur, sed loca clariora enumerat, tam a Bulgio, quam Lugu-vallo apposite respondet. Situs ad explorandam commodissimus, colle enim satis edito sedit unde circumvicina regio facile circumspici possit. Certissimum vero tamen est Alam quae ob virtutem AVGVSTA, & AVGVSTA GORDIANA dicta hic Gordiani tempore egisse, ut ex his inscriptionibus constat quas in proximo vidi.

Castra exploratorium. Vide de Arcanis postea in Muro Pictico.

Ala Augusta Gordiana. Apud Ilkirk.

*I O M ALA AVG. OB MABLI ---RTVT. APPEL. CVI NIVS SEC PRAEST TIB. CL. TIB. F. P. VNDVS IN- G- N IVSTINVS *EQVIS PRAEF. *FVSCIANO ALE AVG II SILANO II COS. STE STIP

*Iovi Optimo Maximo.

*I O M.